



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxv. De clero percussore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

## De cle.vena.& cle.percuss.

sient:in admissis tamen mitiùs quam adulti p*niuntor.*

2. *Referē-*  
*te.* Sed & si quis impubes quempiam fortè calū interfecerit: ne quis ideo multam à patre exigit: consuetudo ne valeto.

## De clericō venatore. Tit. 24.

2. *Omni-*  
*bus.* Ecclesiasticæ personæ venatione, aucupiōve

1. *Episco-*  
*pum.* abstinentio.  
Si perseuerabunt: episcopus tribus mensibus  
à communione, presbyter duobus, diaconus ab  
omni officio suspenditor.

## De clericō percussore. Tit. 25.

1. *Si quis.* Clericus percussor conripitor. ni emendabit  
3. *Præsen-*  
*tium.* deponitor.

Quod si tantum in cōflictu fuerit, & lapides  
fortè proiecerit: licet pro parte vim repellentium  
steterit, nullumque ipse occiderit, si tamē  
nonnulli ibi occisi erunt, ad tempus à sacrificio  
abstineto. quo decurso admittitor.

4. *Conti-*  
*nentiam.* Itaque si in minoribus ordinibus constitutus  
erit, & ad frugem melioris vitæ transierit: etiam  
ad superiores promouetor.

2. *Prater-*  
*ea.* Nedum autem percussor clericus punitor, sed  
& is qui percuti iubet. Vnde & episcopus qui  
quempiam fustibus crudeliter cedi iussit ad tem-  
pus ab altari suspenditor.

*De maledicis. Tit. 26.*

**Q**ui de summo pontificatu male dixerit ex-  
emplari pœna punitor. 1. Inno-  
tuit.  
2. Statui-  
mus.  
Quod si in deum , aut beatorum aliquem,  
maxime in magnam matrem debacchatus erit;  
ita per episcopum punitor . Septem dominicis  
diebus dum sacra peraguntur pro foribus eccle-  
siæ catamidiator . ultimo dominico sine pallio,  
& calceamentis existens corrigia circa collum  
obligatus esto . sex præcedentibus feriis in pane  
& aqua ieunato . templum ne ingreditor . quo-  
libet prædictorum dierum vnum , duos , treisve ,  
si poterit , pauperes reficito . alioquin id in pœ-  
nam aliam commutator . cui si non parebit : ei  
ingressus ecclesiæ interdicitor . mortuus eccle-  
siastica sepultura careto . Per temporalem por-  
rò potestatem pro personæ qualitate pecunia-  
riè multator . Hoc & inter cætera communita-  
tum statuta describitor .

*De clero excommunicato, deposito, vel  
interdicto ministrante. Tit. 27.*

**C**lerici excommunicati diuina celebrantes 6. Frater  
nitati.  
Omnibus ecclesiasticis beneficiis spoliantor .  
Si quis tamen excommunicatus , at excommu- 5. Illud.  
nicationis noticiam per solâ famam habens cele-  
brarit : licet summo iure deponi debeat , miseri-  
corditer cum eo dispensari valeto .  
Sin suspensionem ignorassit ( nisi fortè cras- 9. Apo-  
stolice .  
fa , supina , aut erronea fuerit ignorantia ) nec